Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 158

Quelle:
Copyright:

sio palinodiam canere me jubet. Author enim p. 198 dicit: "Dictum est mihi habuisse talem bonam consuetudinem R. henricum de Hasfia tempore vitae suae in Wyenna". Viennam autem Pariisiis primo petiit Henricus ad 1379 (a) Hermanus autem de Schildiz diem jam obiit 1357. Praeterea author Bolonos vocat suos compatriotas, studuit Pragae, fuitque praedicator in Gorlitz.

(a) Ex Haselbachio in Inscript. Eiusdem Univers. Vienn. Sec. I. p. 41.

18. Fol. 218a – 232a.

Tractat. de carne et sanguine Christi visibiliter in terra existente.

Tractatus: "Utrum caro aut sanguis Christi visibiliter in sua propria forma totaliter vel secundum aliquam sui partem habeatur hic in terra." Ob quadam anecdota superstitiosorum cultum tangentia memoratu dignus, scripturque videtur occasione miraculorum, quae a sanguine Christi in Wilznak facta jactabantur. Auctorem Pragensem fuisse Doctorem suspicor dicit enim pag. 231. "Ecce sumus tres magistri deputati per dominum archiepiscopum ad examinandum homines de quibus praedicabant facta fuisse miracula.

Hunc excipit fragmentum tractatus de ecclesia.

19. Fol. 235a – 246b.

Tractat. de ecclesia contra Joan. Hus.

"Hic tractatus editus est contra Hus. hereticum, et contra ejus tractatum quem de ecclesia appellavit" hac est inscriptio; initium vero: "Modum et formam tradendi ac dogmatizandi de ecclesia catholica in articulo symboli tradidit apostolus &c."
Constat undecim capitibus, quorum author,